

1155. VII, 12-3 — Doação feita por Mendo Dias e Bona, sua mulher, à Ordem do Templo, da herança que tinham em Azevedo, e da terça de S. Lourenço. 1143, Outubro. — *Pergaminho. Bom estado.*

In nomine Domini.

Ego Menenduz Diaz et uxor mea bona per cogitantes extremum diem finis nostre damus et concedimus Deo et militibus templi Salomonis constitutis in Jeherusalem pro defensione Sancti Sepulcri hereditatem nostram quam habemus in Aezeveto scilicet sextam partem cum omnibus locis suis et pertinentiis terminis novis et antiquis. Similiter et terram Sancti Laurencii et ab hac die ab jure nostro sit abrasa et dominio eorum tradita ad faciendum quicquid voluerint dandi vel possidendi.

Siquis hoc nostrum factum irrumpere temptaverit propinquuuus noster vel extraneus in primis sit maledictus et ab ecclesia separatus et cum vita traditore in Infernum dimersus et insuper componat eam fratribus duplatam vel quantum fuerit meliorata et domino patrie aliud tantum.

Facta carta mense Octobris. Era M.^a C.^a Lxxx.^a i^a

*Nos supradicti qui hanc cartam facere jussimus coram idoneis testibus
manibus propriis roboramus et confirmamus. Notum sit quia quando
hanc hereditatem deditus. Frater Ugo de Martonio eam recepit et nobis
unum maurum in caritate dedit.*

Qui presentes fuerunt.

Gundisalvus presbiter fagildiz confirmat

Suarius Menendiz testis

Menendus Bufas testis

Egidius testis

Dominicus abbas notuit.

(A. E.)